

CONCORSO DI TRADUZIONE DAL GRECO IN FRIULANO

IX EDIZIONE – 2011

Sezione ginnasio

Severità delle leggi di Dracone

Plutarco

Οἱ Δράκοντος νόμοι ὀνομαστοί εἰσι διὰ τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιτιμιῶν. Ὀλίγου δεῖν γὰρ ἅπασιν ἦν ζημία τοῖς ἀμαρτάνουσι θάνατος, ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἀλισκομένους καὶ τοὺς λάχανα κλέπτοντας ἢ ὀπώραν ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις. Διὸ Δημάδης ὕστερον ηὐδοκίμει λέγων ὅτι διὰ αἵματος, οὐ διὰ μέλανος, τοὺς νόμους ὁ Δράκων ἔγραψεν. Δράκων δέ, ὡς λέγουσιν, ἐρωτώμενος διὰ τί τοῖς πλείστοις ἀδικήμασι ζημίαν ἔταξε θάνατον, ἀπεκρίνατο τὰ μὲν μικρὰ θανάτου ἄξια νομίζειν, τοῖς δέ μεγάλοις οὐκ ἔχειν μείζονα.

CONCORSO DI TRADUZIONE DAL GRECO IN FRIULANO

IX EDIZIONE – 2011

Sezione liceo

L'incontro con la madre

Omero (Odissea)

ᾠς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγὼ γ' ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας
μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἐλέειν κατατεθνηύης.
Τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἐλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει,
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἦ καὶ ὄνειρῳ
ἔπτατ'· ἐμοὶ δ' ἄχος ὄξυ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον,
καὶ μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
« Μῆτερ ἐμή, τί νύ μ' οὐ μίμνεις ἐλέειν μεμαῶτα,
ὄφρα καὶ εἶν' Αἶδαο φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε
ἀμφοτέρω κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο;
ἦ τί μοι εἶδωλον τόδ' ἀγαυὴ Περσεφόνεια
ἔτρυν', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω ; »
ᾠς ἐφάμην, ἣ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο πότνια μήτηρ·
« ὦ μοι, τέκνον ἐμόν, περὶ πάντων κάμμορε φωτῶν,
οὐ τί σε Περσεφόνεια, Διὸς θυγάτηρ, ἀπαφίσκει,
ἀλλ' αὐτὴ δίκη ἐστὶ βροτῶν, ὅτε τίς κε θάνησιν·
οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἴνες ἔχουσιν,
ἀλλὰ τὰ μὲν τε πυρὸς κρατερόν μένος αἰθομένοιο
δαμνᾶ, ἐπεὶ κε πρῶτα λίπη λεύκ' ὀστέα θυμὸς,
ψυχὴ δ' ἤυτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται. »

CONCORSO DI TRADUZIONE DAL LATINO IN FRIULANO

IX EDIZIONE – 2011

Sezione biennio

Le pene contro i ladri

Aulo Gellio

Draco ille, cuius severitatis nemo obliviscitur, primus omnium leges, quibus Athenienses uterentur, tulit. In illis legibus eum, qui furti convictus esset, supplicio capitis afficiendum esse statuit et multa alia nimia severitate censuit sanxitque. Tanta severitati postea a Solone temperatum est, qui mitioribus legibus in fures utendum esse censuit. In sua lege fures non mortis, ut antea Draco statuerat, sed dupli poena puniendos esse existimavit. Decemviri autem nostri, qui leges, quibus populo Romano opus erat, in duodecim tabulis scripserunt, neque pari severitate neque lenitate nimis remissa usi sunt. Nam furem, qui manifesto furto prehensus est, occidi permiserunt, si aut nox esset cum faceret furtum aut telo se defendisset. De ceteris autem manifestis furibus iusserunt homines liberos verberari si furtum luci fecissent neque se telo defendissent et a vi armorum temperavissent; servos autem prehensos iusserunt verberibus affici et de saxo praecipitari.

CONCORSO DI TRADUZIONE DAL LATINO IN FRIULANO

IX EDIZIONE – 2011

Sezione triennio

L'incontro tra Anchise ed Enea

Virgilio (Eneide)

Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit,
effusaeque genis lacrimae et vox excidit ore :
“Venisti tandem, tuaque exspectata parenti
vicit iter durum pietas ? Datur ora tueri,
nate, tua et notas audire et reddere voces?
Sic equidem ducebam animo rebarque futurum
tempora dinumerans nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras et quanta per aequora vectum
accipio! Quantis iactatum, nate, periclis!
Quam metui ne quid Libyae tibi regna nocerent!”
Ille autem: “Tua me, genitor, tua tristis imago
saepius occurrens haec limina tendere adegit;
stant sale Tyrrheno classes. Da iungere dextram,
da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.”
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
ter frustra compressa manus effugit imago,
par levibus ventis volucrique simillima somno.